



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem  
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.  
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum  
triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Svmmarivm Homiliæ Trigesimæoctavæ Seqventis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

tamen manifestè proditores arguitis Arianos: ut dicere possemus cum Christo: licet omnes nos tamen eam, ipsi loquuntur: *Si hi tacuerint, lapides clamabunt.* Etenim illos interrogate, cur Christum lapidibus velint impetere? An non exploratum est, quia illis clarè significavit quòd Deus esset æterni Patris cõequalis? Igitur ne crediderit, quòd Christus in hoc hæserit, insuper idem verbis confirmat & repetebat. Primò operibus confirmat, diuinam suam declarans potentiam, cum solò suo verbò perfidos illos cohibeat: nam dicendo: sinitate, cohibent se & erectis stant manibus, sic tamen ut nullus lapidem iniiciat: opus certè non minus prodigiosum illò, quòd die *Luce* 19.40 *Lucæ* retulimus. Secundo ratione astruit, quòd illis manus pedesque constringit. Dicite mihi: in lege vestra numquid illi dicuntur *Dij*, quos Deus verbis sui diuini creauit ministros: sic dixit: *Ego dixi* 12.6 *Dij estis. Si ergo illos dixit Deus, ad quos sermo Dei factus est, quem Pater sanctificauit &c.*

XII.  
Verbo & opere se Deum ostendit.

12.6

XIII.  
Christus à rebellibus lucẽ suam abscendit.

Notat D. Chrys. quòd Christus dictum suum attemperauerit, licet retrahens, quam inceptat aperire, ex eo quòd se illi oppolerint & rebelles ostenderint, illis similes, de quibus *Iob*: *Ipsi rebelles fuerunt luminis*: hæc etenim poena est, quã Deus tales castigat, qui ostensam sibi lucem oppugnant, illam illis auferendo, sicut Apostolus ait de Phylisophis: cum enim supernæ luci refragarentur à Deo præostentat, ipsam illis subtrahit, quòd factum est, ut obsecrarentur, & in horrendas bouationes, profundasque laberentur iniquitates, quas ipse commemorat Apostolus. Dixit igitur illis Christus quod hoc vos admittamini quòd me Deum appellem, quandoquidem hoc nomen etiam in lege vestra Dei ministris attribuitur? Porro communis Sanctorum habet interpretatio, quòd non solum quæ dixerat

non reuocauerit, quinimo in eis perseverauerit & clarissimo confirmauerit argumento. Dixi vobis quòd Deus sum æqualis Patri. Ne cogitatis quòd dicta reuocet eo quòd videt vos lapidibus armatos, & in me cõnotos: imò potius dicta cõfirmo dico; quòd nec mentiar nec desti me perniteat.

Si tanta sit Domini verbi efficacia, ut faciat, ut dicantur in lege vestra *Dij*, talesque sint per diuinam quandam participationem, illi quibus hoc Pater commendauit, quomodo cum illo misit, ut prædicarent & docerent. An vobis videtur blasphemum esse dicere, Deum esse hoc idem verbum diuinum substantiale? Etenim ipsum est, quòd Pater sanctificauit & misit in mundum. *Quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis quia blasphemus, quia dixi filius Dei sum.* Incomprehensibilia sunt ea mysteria, quæ verbis illis continentur; est autem consultius illa non scrutari, quam non prout oportet expedire. Vela igitur contrahamus illo verbo D. Apostoli: quò nos præmonet: *Vos ipsos tentatis.* Signa perpenditis cuius Dei Prædestinatorum & Reprobatorum: ex illis vos ipsos examine. Non sit hic vestræ sollicitudinis & terminus disputationis (sic tenet D. Aug.) verum hic sit prædestinatus vel non, quare hic & non alius: sed huic diligenter incumbite ut in vobis inueniantur signa prædestinatorum, & si hæcenus in vobis non patuerint, modo patebunt. *Quem trahat, & quem non trahat; noli velle iudicare, si non vis errare. Semel accipe & intellige. Non dum traheris: Ora ut traheris.* Deum deprecare ut diuinã suã clementiã te quem suã efficiat, quatenus audiendo eius vocem, sectando gressus, fruendo bonæ conscientie gloriã, eius manibus inhaerens in hac vita per gratiã vocem audias, quã tuas alliciet oues: *Venite benedicti ad æternæ gloriæ fruitionem. Amen.*

1. Cor. 13.  
D. Aug.  
Traict. 26.  
in Ioann.  
Tom. 9.

S V M M A R I V M  
HOMILIAE TRIGESIMOCTAVÆ SEQUENTIS.

**D**ESCRIPAM nobis proponit in Evangelio diuinus ille pictor D. Lucas conuersionem magnæ cuiusdam peccatricis penicillo adeo subtili, & industria singulari, ut velut eminentem quandam imaginem nostris obijciat oculis practices profundæ Theoriæ, quam heri nos docuit Christus de qualitatibus ouium suarum. *a.* & materia, quam sæpè proposuit de verã penitentiã. *b.* Linteũ, in quo deplingit historiã, domus est cuiusdam Pharisæi, qui Dominũ ad conuiuũ inuitauerat. *c.* Accepit istud, quare nus in eo ouis suæ salutẽ operaretur. *d.* In quã merito monet Euangelista, ut oculos conijciamus.

a. 1.  
b. 2.  
c. 3.  
d. 4.

e §. 7. *ciamus. e. Erat Maria Magdalena peccatrix, quales vel pauca. f. Cuius vitæ statum*  
 f §. 8. *elegantior expresse, dum eam sic inscribit In ciuitate peccatrix. g. Completas in illas no-*  
 g §. 10. 11. *bis ostendit conditiones ouium Dei, quas heri Saluator verbo demonstrauit. Pri-*  
 i 12. *ma: vocem illius sine dilatione audiuit. h. Secunda: illum secuta est stans à tergo il-*  
 h §. 13. 14. *lius. i. præferens cognitionem criminum suorum & verecundiam. k. atque pro illis*  
 i §. 15. 16. *lacrymis satisfaciens. l. quibus cordis dolor fideliter asseritur. m. quodque Christus in*  
 l 17. 18. *ea victoriam obtinisset. n. statuto pœnitentiæ congruo principio. o. quâ capita dra-*  
 m §. 19. 20. *conis confringuntur. p. Accurrit crines capitis sui pedibus prosternens Redemptoris*  
 n §. 21. *vt in illa se transplanter, illi vexilla tradens diaboli. q. Sancta subiungit oscula, vn-*  
 o §. 22. *guentum pretiosum, veræ symbolum contritionis. r. Tertia: quod eam nemo raptu-*  
 p §. 23. *rus sit de manibus supremi Pastoris, licet in eam draco cuncta sua collimet capita. f.*  
 q §. 26. 27. *Quorum vnum Pharisæus fuit in multis imprudentissimus. t. Diuina sua defendit*  
 r §. 28. 29. *eam virtute. u. Quarta: qualitas expenditur in ea, per vitam gratiæ, quam illi tri-*  
 s 30. 31. *buit. x. Et tandem Quinta: proditur, quod eam ita confirmet, vt in æternum non sit*  
 t §. 32. 33. *peritura, pacem illi concedens anticipatam, quâ per omnes vitæ dies gauisa est, sibi*  
 u §. 34. 35. *bellum impurans quod peccatis illius debebatur. y.*  
 v 36.

- §. 1. *Docet nos hodie in hac muliere Domi-*  
 nus velut in speculo maris ænei practicam  
 Theoria quam heri de ouibus suis protu-  
 lit.
- §. 2. *Similiter in hac muliere nobis exponitur in*  
 praxi theoretica materia De pœnitentiâ,  
 patetq; illud de Psalterio. Nox nocti in-  
 dicat scientiam.
- §. 3. *Rogabat Iesum quidam Pharisæus.*  
*Docet vos Pharisæum iustum esse, vt ex parte*  
*vestra Dei ministri seruiatis, lauteque eos*  
*excipiat, quibus cum Tobia, vos decet esse*  
*gratissimos.*
- §. 4. *Rogabat Iesum. Nos instruit Saluator.*  
*ne facile vestras acceptemus epulas, & de-*  
*licias, & Eliseum, ac Danielem imitemur.*
- §. 5. *Ingressus domum Pharisæi discu-*  
*buit: licita sunt aliquando conuiuia, quo-*  
*tiescumque illa Dominus admisit, salutem*  
*intendit animarum, & hodiernum conuer-*  
*sioni impendit Magdalene.*
- §. 6. *Dilcubuit Dilcubuit Dominus, qui su-*  
*mit illud expresse, quod nobis est proficuum:*  
*non sic nos, quod ipsius cedit obsequio.*
- §. 7. *Ecce mulier. Non vult Euangelista, vt*  
*oculos in sercula coniciamus, quibus Phari-*  
*sæorum. Bapt. de Lanza Tom. III.*
- §. 8. *Ecce mulier, quæ erat in ciuitate*  
 peccatrix. Hac peccatrix Maria Magdale-  
 na, soror Lazari & Marthæ: & quantum  
 nonnulli eius crimina diminuunt, tantum  
 gloria gratiæ Dei detrahunt.
- §. 9. *Similiter ad maiorem Magdalene glo-*  
 riam peccatorum illius grauitas manifestat-  
 tur.
- §. 10. *Erat in ciuitate peccatrix. His verbis*  
 rria declarat Euangelista: illius peccata fuisse  
 multa, graua, & firma.
- §. 11. *Peccatrix in ciuitate. His duobus ver-*  
 bis manifestat Euangelista quod ad summum  
 eius ascenderit malum; elatum vt vas Za-  
 chariæ.
- §. 12. *Per peccata cucurrit quatuor alis, vt Ti-*  
 gris Danielis. Obtulit diabolo magnum iud  
 sacrificium, quod à Gentilibus exquire-  
 bat.
- §. 13. *Vt cognouit, quod Iesus &c. Quam*  
 primum audiuit Magdalena vocem Domini,  
 ad illum accurrit, in se primum ostendens  
 signum, quod heri dixit de ouibus suis.
- §. 14. *Confestim accurrit ad vocem Pastoris:*  
 iudicium hoc est prædestinatorum, quod Apo-  
 stolus

M m m m, Hous

- stolus in seipso dedit, & declaratur in Noë, sicut reprobatorum est dicere Cras cum Pharaone.
- §. 15. Stans retro secus pedes eius. Christi sequelam intendit, ut ovis illius: baiulans sibi crucem penitentia: per hanc tuam examina.
- §. 16. Stans. Penitentiam animo suscipit robusto: nec enim ad illam debet esse minor, quam fuit ad culpam; in quo imitata est Hiel de Bethel.
- §. 17. Retro. Stat à tergo cognoscens Ieum ut Pastorem, quem oves sequuntur & ducem quem Milites sequuntur caelam inuasuri.
- §. 18. Retro. Ad humeros confugit, locus hic est opportunus, ubi sua peccatores onera deponant.
- §. 19. Retro. Criminum suorum prodit dolorem; quando namque distinctè cognoscuntur, tantum ingerunt, quantum vidimus in Cain & videbimus in damnatis.
- §. 20. Quod ex peccatis tuis non confundaris, ratio est, quod illa non cognoscas, qui illa cognoscunt, tantum pudore confunduntur, ut cum Dauide velut attoniti terreantur.
- §. 21. Lacrymis cepit. A lacrymis oritur satisfactio dignioris operis: quam aquarum de Petra, de illis Deus locutus est Iob, & aquis diluuij sunt conferenda.
- §. 22. Lacrymis cepit. Oculorum lacryma cordis testatur dolorem, si que Magdalena similis pelliano, nicticoraci, & passeri solitariae.
- §. 23. Lacrymis. Sapientes fuerunt lacrymae Dauide, tales fuerunt & huius peccatrici & tales tuas esse oportet.
- §. 24. Has lacrymas à plusquam m. lxxv. annis prauitit Dauid, ob quas gloriosam celebrat Christus de diabolo victoriam.
- §. 25. In hoc sita fuit huius triumphus Christi gloria, quod de sanguine pedibus suis balneum effeceris, quo linguam canum suorum exacuit.
- §. 26. Lacrymis. Optima penitens qua non loquitur sed plorat, ostendens se culpam suam agnoscere, & viam aperiens penitenti per lacrymas, quia cum harum symbolum sit aqua pura, illam Deus magni facit.
- §. 27. Lacrymis. Lacrymis loquitur, hac loquela non fallit sicut verborum, estq; erga Deum efficacissima.
- §. 28. Lacrymis. Lacrymis cuncta confringit Draconis capita, quarum virtus efficacior est quam aquarum maris rubri.
- §. 29. Lacrymis. Efficaces sint lacrymae, quibus anima fiat Dei thronus & emundetur efficacius quam aquis torrentis Cilon.
- §. 30. Lacrymis. Bona sunt illa lacrymae pro peccatis effusa, illasq; te docebunt effundere Agricola, de quibus Amos Propheeta.
- §. 31. Multis flentibus disere possumus quod Estras mulieri: O stulta &c. Optime Dominus instruxit filias: Hierusalem mortem illius desentes.
- §. 32. Capillis capitis sui tergebat. Capillis suis se pedibus alligat Saluatoris, ut illum post se trahat, in quos transplantatur, velut in terram caelestem.
- §. 33. Capillis capitis sui. Hoc Christus capillos suis prosternens pedibus triumphum de diabolo refert gloriosum, quem Dauid dixit de verticibus. Verticem capilli &c.
- §. 34. Osculabatur pedes eius. Per oscula se pacem velle protestatur, & anima sua firmiter exponit, os suum applicans fontibus pedum Christi caelestibus.
- §. 35. Unguento ungebat. Unguentum fragrans fetorem dissipans peccatorum, & quod peccatus Domini mitigat, unguentum est contritionis compositum ut ait D. Chrysostrum.
- §. 36. Excellens penitens, qua ijs omnibus seruit, quibus Diabolo seruierat, cuius triumphum praedixit Isaias, & cecinit Propheta Regius.
- §. 37. Videns Pharisaeus &c. Hic si esset Propheta. Quem hanc de manu Domini iudicium non eueller Pharisaei: qui contra legem

gem & rationem perperam de Christo iudicat, qui docet Confessarios.

§. 38. Quia peccatrix est. Ignorat Pharisaeus virtutem poenitentiae: cum peccatricem iudicet eam qua per ipsam mutata est sicut desertum Iacob.

§. 39. Peccatrix est. Perperam dicit Pharisaeus: cum iam illa mulier non sit illa, qua fuit, sed alia, sicut Ninive, & vas Hieremie.

§. 40. Peccatrix est &c. dilexit multum &c. remittuntur ei &c. Adeo contrarium fecit Dominus de hac muliere iudicium, ut Pharisaeo illam ad abyssum deprimente flagitiorum, illam statuat intra Sa-

raphinorum altitudinem.

§. 41. Vides hanc mulierem? Ouis est Dei manibus tradita, nec eam Pharisaeus eripiet quantumuis latet sicut canis ad lunam.

§. 42. Vides hanc mulierem? Opponit se Christus illi, qui hanc voluerit se illi ouem eripere. Haec est illa gloria earum qua sunt eius, de qua Isaias.

§. 43. Remittuntur tibi peccata tua. Velut oui sua Christus huic mulieri vitam largitur sempiternam.

§. 44. Vade in pace. Pace gaudet anticipata Magdalena sibi, quae Christus bellum assumpsit; ipsa vero benigna mansit & singularis pescatorum advocatrix.

## HOMILIA XXXVIII. DE CONVERSIONE MAGDALENÆ,

Sexto die Iouis Quadragesimæ.

Rogabat Iesum quidam Pharisæus: ut manducaret cum illo &c. Luc. 7.



NARRAT nobis Euangelista D. Luc. opus plene prodigiosum, quod Dominus operatus est in miraculosa conversione Magdalene, tantopere vergens ad gloriam Dei, profectum illius & honorem, & nostram denique instructionem. Sanè multum debetis & Domine Christo Redemptori nostro: cum enim nobis in Euangelij huius Quadragesimæ tantos proponat viros ore suo diuino atque sententia reprobatos, quibus iure merito grauem ostendit bilem cordisque nauseam, atque à se non parua repulit indignationem, verbis illos exulcerans amarioribus, generationem prauam & adulteram, filios Diaboli, perfidos eos compellens & hypocritas: non nisi feminas inuenimus, quibus se voluit honorari, atque in illis omnipotentem brachij sui virtutem ostendere & misericordiae declarare multitudine.

Mulier prodit Chanaan, quam, sic laudibus

extulit ut eam cognominauerit magnæ fidei mulierem, eamque in Ecclesia sua magistratam statuerit orationis: nos enim erudit qualiter sit orandum & postulandum, ut desiderata percipiamus. Adest Samaritana cuius amore ita se feruentem ostendit, ut ab illa passus repulsam non à proposito deseruerit, donec cor illi deuinxisset: & cum esset mulier abiecta, haeretica, impudicæ proluuiæ, illam tamen suam creauit Apostolam & prædicatricem, cuius opera ad fidem reduxit Samariam. Tertia producitur ad vltima in flagranti delicto comprehensa & iuxta legis præscriptum *Res lapidari*, producta verò in tribunal, eius causam a seò sedulo defendit ut cum illius accusatores primarij essent & Doctores Hierusalem, ipsos repulerit, confunderit, illam autem pristinae restituerit libertati atque in vtroque foro liberam absoluerit, ita ut nullus esset qui vel verbulum ei exprobare præsumeret. Viduam profero de Naim tot lacrymis offusam, ut oculi illius fontes esset, & cor doloris

M m m m a pelagus